

Eodem anno Boemii vastaverunt Poloniam.

Eodem anno eclipsis solis fuit media die.)

1134. Obiit Bogudar Kal. Februarii. Silvester, prior Zazovensis monasterii, post depositionem pii patris Diethardi unanimes fratrum consilio et concordii voto IX Kal. Maii in abbatem eiusdem monasterii electus est, vir morum honestate cunctis amabilis, colloquio plurimum affabilis, in abstinentia singularis, amicus humilitatis, intimus verae caritatis alumnus, toti fratrum congregationi adeo cum vinculo familiaritatis et dilectionis sese adstringens, ut omnibus plus amori quam timori haberetur. Revoluta ergo eiusdem anni circulo, item IX Kal. Maii, metropoli¹⁾ per manum Sobezlai ducis abbatili suscepto baculo, a Johanne, venerabili episcopo, ordinatus est. Divinitus igitur tam decenti sublimatus honore, bonus pastor ad suo moderamini commissa dulcia cum omnium suorum exultatione revertitur ovilia. Hic locus sese tulit, quod superius promissimus absolvere, quanto scilicet in sanctae religionis studio flagraverit amore, et quam diligens cura sibi fuerit in meliorandis rebus et amplificandis monasterii. In quantum siquidem praevaluit et novit, omnem monasticam disciplinam fratrum suorum cordibus saepius inculcare solitus fuit. Res superfluas privatas contra licitum possidere gravissimum crimen esse docebat, dicens: monachum victum et vestitum habentem his debere esse contentum. Specialiter quoque humilitatis et patientiae omnibus in se praetendebat exemplum, illud semper revolvens: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Hic tempore sui regiminis capellam sanctae dei genitrici construxit, monasterium sancti Johannis Baptistae picturae venustate decoravit, muros cum absidibus in medio oratorii ab altaribus sancti Stephani et sancti Martini interposuit, pavementum ecclesiae lapidibus politis de Petrino monte advectis adornavit, dormitorium, refectorium, cellarium et coquinam atriumque claustrum per circuitum cum collumpnellis et absidiculis venustissime construxit. In villa Mnichovici²⁾ nuncupata basilicam in honorem sancti Michaelis et omnium coelestium virtutum aedificavit. Quid plura? Omnis eius intentio, omne studium, omnis sol-

Téhož léta Čechové zpustošili jsau Polsko. 1133

Téhož léta bylo jest zatmění slunce půl dne.

Léta od narození páně 1134 zemřel jest 1134 Bohudar dne 1 Února. Silvester přewor kláštera Sázawského po pohřbu zbožného otce Dětharta z jednomyslného uradění a jednosworným hlasem bratří dne 23 Dubna zwolen jest za opata téhož kláštera, muž pro počestnost mrawů všechněm milý, w rozprawě welmi přiwětliwý, w zdrženliwosti obzwláštní, přítel pokory, nejwraucnější žák prawé lásky, celému sboru bratří swazkem přátelstwí a milowání tak přítulný, že měli všichni k němu wíce lásky než bázně. Tedy po projití běhu téhož roku, opět dne 23 Dubna obdržew we hlawním sidle berlu opatskau z ruky knížete Soběslawa, od etihodného biskupa Jana poswěcen jest. Tedy božským spůsobením powýšen jsa ke cti tak slušné, dobrý pastýř s radostí všech swých nawrátil se k rozmilému owčínu swěřenému jeho řízení. Zde se naskytuje místo, aby chom učinili, co jsme wyše slibili, totiž jakau láskau hořel w péči o swatau řeholi, a jak pilná byla péče jeho o zwelebení a rozmnožení věci kláštera. Neb jak uměl a znal, všechnu kázeň klášterskau srdcím bratří swých často wštěpowáwal. Zbytečné věci saukromé miti bez powolení, učil, že jest zločin nejwětší, říkáje, že mnich maje potrawu a oděw má s tím býti spokojen. Zwlastě také ukazowal na sobě všechněm příklad pokory a trpěliwosti, vždy to opakuje: čím wětší jsi, tím wíce ponižuj se we všem. On za swé spráwy wystawil jest kapli swaté rodičky boží, chrám swatého Jana křtitele ozdobil krásným malowáním, zdi s absidami postawil uprostřed modlitebny od oltářů sw. Štěpána a sw. Martina, dlažbu kostela okrášlil hlazenými kameny přiwzenými z hory Petřina, ložnici, refektář, sklep a kuchyň, též chodbu klášterní kolem do kola se slaupky a wýklenky wystawil welmi krásně. We wsi řečené Mnichowice wystawil jest basiliku ke cti sw. Michala a všech ctností nebeských. Což wíce? Wšechno jeho úsilí, všechna pilnost, všechna péče, pokud byl žiw, w tom

¹⁾ metropolim 4. -- ²⁾ Městys na někdejším panstwí Hrádku nad Sázawau.